

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Titi Petronii Arbitri Satyricon qvae supersunt**

**Petronius <Arbiter>**

**Trajecti ad Rhenum, 1709**

Gedichte

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-744](#)

# JANI DOUSÆ P. PRÆCIDANEÆ.

cessionem, nova insuper politura refectum, ac Dousianis denique COMMENTARIIS illustratum. & quidem post geminatas (ut scis) SATYRICI illius Editiones multo electissimas, LUGDUNENSEM ac LUTETIANAM inquio. que res in causa fuit, ut publicationis illius propositum in haec usque tempora deferre fuerim coactus. Accipies proinde (ut dixi) hanc PRÆCIDANEORUM TRIGAM: quibus hercule aliud nihil obfuturum intelligo magis, quam quod ARBITRUM auctorem habent. Nostri hoc seculum quibus moribus sit;

*Pergula pictorum*: veri nihil, omnia ficta.

Id Dousa curat scilicet. Et tamen ita res abibit, nisi mihi praesidium ipse contra occupare propero in tempore. quod ne ab ipso PETRONIO petam, ecqua, eau-  
sa est, istiusmodi nobis sic quasi ex tripode Oracu-  
lum suggestente? *Nihil esse hominum inepta persuasione*  
*falsius, nec facta severitate ineptius.* Quod te per pra-  
textatae amicitiae memoriam, per communia Musa-  
rum Sacra, ac studiorum nostrorum societatem ob-  
secro obtestorque; ut Salinarum Arbitri possestio-  
nem, tanquam legitimus procurator, defendundam  
suscipias: neu contra fas legemque Civem Patricium,  
& ( quæ ratio maxima est ) Consularem infibulari,  
multo minus evitari ulla porro ratione patiaris. quem  
non tralaticia ad epol deformitate insignitum, ac vix  
Massiliensibus suis cognitum MEMMIANA munificen-  
tia primitus à fatali adeo meta revocavit ad lucem.  
Nam quod ad me attinet, nullam recuso invidiam,  
quæ spem salutis modo aliquam AREITRO nostro o-  
ffendat. Quod si utique facinore opus est, cur non  
( quia bellissima est occasio ) ipsimet instabiles fi-  
ant potius, qui tam severa trititia violari aures suas  
obseceno sermone palam ac publicitus assimilantes,  
sua atque alienæ lubidini nihil non in secreto condonan-  
t? Scis, quos dicam. Quò majore opere ex par-  
te tua admittendum, ut & Sectores omnes frustra sint,  
& SATYRICUS noster in patrocinio tuo ac fide tuto  
audeat conquiescere, ALBIMONTANI GENII Perenni-  
tate secutus: utique adversus istos, qui novam nobis  
Histrioniam commenti, aliorum simpliciter dicta in  
crimen raptare non cessant; ipsi adeo factorum in-  
nocentes, ut in eodem plane contubernio cum Eu-  
MOLIO PETRONIANO stipendia jam olim factitasse vi-  
deri possint, cui generi ipsius hercule jampridem ad-  
vocatus venire cupio, si quí mea opera citius addici-  
possint, MORBONIAM porro ut abeant recta via. *Vale*  
*ocelle noster, imo ocelle MUSARUM, LUGDUNO, BATA-*  
*VORUM.*

# JUSTUS LIPSIUS

### *ad Juventutem.*

*En PETRONIUS, Arbiter Leporum,  
Et falsus pater & salax jocorum:  
Quos novit Latium, vetusque Roma,  
Padore obstitus impolitique  
Dudum, nunc melior politiorque  
In novam properat venire lucem.  
Non quidem magica recocitus arte,  
Sed Dousæ medica recocitus arte.  
Dousæ, qui veterum arbiter Leporum est.  
Dousæ, qui pater elegantiarum est.  
At tu nostra fav & cave Juventus.  
Merum mel late sic, latet venenum.  
Probis mel merum, aut improbis venenum.*

Idem Cent. I, Epist. LXX.

Dusa noster Commentarios ad Petronium scripsérat  
nunc totus in Historia concinnanda sua gentis.

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΕΛΑΟΓΙΜΟΥΣ ΚΑΙ ΠΕΡΙΦΑ-  
ΝΕΙΣ ΠΕΤΡ. ΑΡΒΙΤΡΟΝ ΚΑΙ  
ΙΑΝΟΝ ΤΟΝ ΔΟΤΣΑ.

*Ἐπίγραμμα διαλογισμὸν.*

- α. Ἐντεῖ τοῖς τις ἐστι; β. Πετράν<sup>Θ</sup>, οὐ ποτὲ Γάμη  
Τίμαιος ὑπατική βλέψει ἐν ἀγλαΐᾳ.

α. Οἶδαν μαστιλίας τον βότον, τον σιχιούσον  
Δικύογος εὐπίας ρυθμῷ ἀγαλλόμενον.  
Πᾶς δὲ ἴλαθις συγεῖη τοσον χρονον ἔνοχον ἔφη;  
Ἐλλογίμοις, βόι ἀν γιώρη<sup>Θ</sup> ὑμοκόπολοις;

β. Δῆτο, ἰστεριας ἀπελάτας πατρῷον αἷς,  
Δύον τε βαρβαρικαὶ εὐκατέτετρα πόλεις.  
Οὐλέτην με φιλοφρενος ἐν Φῶν φάτες ἔνεγκον,  
Καισαρίαν δουσούντις λυτέα χαρισμάτων.  
Δηθαὶ ἐλυτραθεῖς, κεκολυμένοις αἷς ἀμείσων  
Πλαγχθεῖν, ἀγιδανόν λαπιον ἰστόμεν<sup>Θ</sup>.  
Εἰσάρτε Δῦστον μὲν εἰς φιλιας μεγάροισι κομιστας  
(Ταῦκα οἱ δοῖν χάρματα πολλὰ θεοί)  
Ρωμαίοις προτέρην μετανύκατ<sup>Θ</sup> ἐξιστιτα,  
Την δὲ εἶς λαμπροτάτην τῆνοι ἀμφίστις.  
α. Ως εἴτον γ' ἔτ<sup>Θ</sup> εἴτι, ὄμοιος ὡς τον ομοιον  
Προσπλαιν μεγάλων αὖτις έπιτ. Εἴτη.  
Μητεροὶ τοις την πολιτείας σπειδεῖται καὶ λογιστα.

1 A3